Fragmentarium

Unde scriptura precipit dicens. post concupiscentias tu
as non eas. Ergo si oculi domini speculantur. bonos et ma
los. et dominus de caelo semper respicit super filios hominum
ut uideat. si est intelligens aut requirens deum. et si
ab angelis nobis deputatis cotidie. die noctuque
domino factori nostro opera nostra nuntiantur. cauendum est.
ergo omni hora fratres. sicut dicit in psalmo propheta
ne nos declinantes in malo et inutiles factos
aliqua hora aspiciat deus. Et parcendo nobis quia
pius est. et expectat nos conuerti in melius. ne
dicat nobis in futuro; haec fecisti et tacui. DE
Secundus humilitatis gradus est. SECUNDO GRADU.
si propriam quis non amans uoluntatem desideria
suam non delectetur implere; sed uocem illam domini fac
tis imitetur dicentis; Non ueni facere uolun
tatem meam sed eius qui misit me. Item dicit scriptura.
Volutas habet paenam. et necessitas parit coronam.
Tercius humilitatis gradus est. DE TERCIO GRA DU.
ut quis pro dei amore omni obedientia se subdat
maiori; Imitans dominum. de quo dicit apostolus.
factus obediens usque ad mortem;

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 92.8, 10r – Regula Benedicti
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-iman/5127/48950)